



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

De Primo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

I ipsa cena Domini inclusa est hæc promissio, quæ affirmat non
erit eam Ecclesiam Dei in hoc mundo: Iubet enim annuntiari
eum Domini, & hanc cœnam distribui, donec venerit. Hæc con-
tra p̄ijs grata esse debet. Et retinentes puritatem Euangelij, & pi-
etatem Sacramentorum, haud dubie defenduntur. Hæc c p̄-
ropositum, ut cogitemus de causis institutæ cœnae Domini, quæ &
p̄ijs testimonium est insigne patefactionis Dei. Non aliter audias
verbis huius cœnae, quam si ipsum Christum coram tecum loquentem
vides, & simul de ipsius resurrectione & cæteris miraculis cogites,
quibus vere Deus nobis patefecit. Ac scias institutum esse hoc Sa-
cramentum, primum ad commoacfaciendo singulos, & excitandam
& confirmandam fidem in nobis, deinde, ut memoria passionis &
resurrectionis Christi perpetuo propagetur hoc ritu, deniq; ut sit ner-
vus publice congregationis, in qua Ecclesia Dei ostendat, se sciunctam
est ceterarum gentium opinionibus. Post hæc exordia hæc
quoniam capitula considerentur. Primum, quomodo instituta sit cœna
Domini. Secundum, quibus proficit manducatio. Terrium, qui sine ad-
misione intendi. Quartum, de abusu & prophanatione Sacramenti.

DE PRIMO.

Ritus describitur à Mattheo, Marco, Luca, & à Paulo. Et no-
minat inquit Paulus, Conuenientibus vobis. Vult publici congrega-
tio cœnam esse hanc cœnam, & simul vult ibi doceri Euangeli-
i, invocari Deum, mentione & fiducia Domini nostri Iesu Christi,
a gratias. Ideo dictum est: Hoc facite ad recordationem mei.

Nec est inane spectaculum, sed Christus reuera adest, dans
per hoc ministerium suum corpus & sanguinem manducanti & biben-
ti. Sicut & veteres scriptores loquuntur. Cyrus in Iohanne inquit:
Vide confiderandum est, Christum non solum per dilectionem in no-
b̄is, sed etiam naturali participatione, id est, adesse non solum ef-
ficacia, sed etiam substantia. Ex Hilarius ait: De naturali
omni in nobis veritate que dicimus, nisi ab eo didicimus, stulta & im-
poteremus. Ipse enim inquit: Caro mea vere est cibus, & sanguis
meus vere est potus, & deinceps. Hæc acceperat & haulta efficiunt, vt
a eos in Christo, & Christus in nobis sit. Non imaginemur esse me-
morium hominis mortui, vt sunt spectacula de Hercule, & similia.
Abiçimus has profanas cogitationes, ac hoc testimonio commone-
scimus, vere Christum pro nobis factum esse victimam, ac
mortuum, sed reuera etiam resuscitatum, iam regnare, & adesse suæ
Ecclesia, & in hoc ministerio vere nos sibi tanquam membra adiun-
geret.

m s D s

